

Domno . M . Virtutis uere cultori uerissimo . regisq . inuictissimo .  
M . supremum in xpo . gaudium . ac felicem sup hostie triumphum .  
Quonia tibi diuina gratia regium nomen pariter et honorem concessit .  
Arteq . regnandi adid necessaria honestissime ditauit . felici inceptu  
ut audui . ipsi diuinitati regni tui primitias deuoto pectore e . secerasti .  
Quis eni predecessorum tuorum tantas erexit aeclesias . Quis in lau  
dem dei totidem coadunauit linguas . Cu in propria et in latina  
deum digne uenerari posses . in hoc tibi non satis . greca superaddere  
maluisti . Haec et huiusmodi studia te si in finem perseveraueris . bea  
tissimu praedicant . teq . non adeo humano quam diuino iudicio  
electum . ad regendum populum sanctum di . ueracissime testantur .  
qui in iudicio prouidus . in bonitate conspicuus . in uniuersa morum  
honestate preclarus haberis . uiduus ut uir . orphanis ut pater . egenis  
& pauperibus incorruptus defensor ab omnibus comprobaris . non  
considerando persona pauperis . uel honorando uultum potentis .  
sed libra iustitiae quae proponuntur cuncta examinas . Xpi  
proculdubio militem cum beato sebastiano subregalis uestitus cultu  
duas absconditum . deo tantu ut restituas animas diabolica frau  
de deceptas . qui talentum tibi commissum reportare centuplica  
tu uolenter anhelas . auditurus beatu uoce qua dicitur . Cuge  
serue bone et fidelis . & caetera . Lateranis nempe exemplis ammo  
nitus . totus pene uersaris in caelestibus . qui in illa mundi parte  
quam regis . quasi quidam fons & origo scae catholicae & aposto